

qua causa id fiat ; obsecundato in loco ;
quod imperabit facito ; loquitor paucula.

CHREMES CLITIPHO SYRVS vii

CH. Vbi Clitipho hic est? *SY.* "eccum me" inque. *CL.*
eccum hic tibi.

830 *CH.* quid rēi esset dixti[n] huic? *SY.* dixi pleraque omnia.

CH. cape hoc argentum ac defer. *SY.* i: quid stas, lapis?
quin accipis? *CL.* cedo sane. *SY.* sequere hac me ocius.

tu hic nos dum eximus interea opperibere ; 5
nam nil est illic quod moremur diutius.—

835 *CH.* minas quidem iam decem habet a me filia,

quas hortamentis esse nunc duco datas ;

hasce ornamentis consequentur alterae ;

porro haec talenta dotis adposcunt duo. 10

quam multa iniusta ac prava fiunt moribus !

840 mihi nunc relictis rebus inveniendus est

aliquis, labore inventa mea quoi dem bona.

MENEDEMVS CHREMES viii

ME. Multo omnium nunc me fortunatissimum

factum puto esse quom te, gnate, intellego

resipisse. *CH.* ut errat ! *ME.* te ipsum quaerebam, Chreme :